

Paralipomenon, II.

202

res erant quadrigis et equibus et multitudi-
tine nimia: quos cum in domino credi-
disses: tradidit in manu tua. Oculi enim
domini contemplatur universam terram: et
prebent fortitudinem his qui corde per-
fecto credunt in eum. Stulte igitur egi-
sti: et propter hoc etiam presenti tempe ad-
uersum te bella consurgent. Iratusque asa
aduersus uiderem: iussit eum mitti in ner-
uum. Valde quippe super hoc fuerat dominus
indignatus: et interfecit de populo in tpe
illo plurimos. Opera autem asa prima et
nouissima scripta sunt in libro regum iu-
da et israel. Egrotauit etiam asa anno tri-
cesimonono regni sui: dolore pedum uel-
mentissimus: et nec in infirmitate sua que
fuit dominus: sed magis in medicorum arte con-
silius est. Dormiuitque cum patribus suis:
et mortuus est anno quadragesimo primo
regni sui: et sepelierunt eum in sepulcro
suo: quod foderat sibi in ciuitate dauid.
Posueruntque eum super lectum suum ple-
num aromatis et unguentis meretricijs
que erant pigmentariorum arte confecta: et
combusserunt super eum ambitum nimiam

XVII.

Regnauit autem iosaphat filius eius
pro eo: et inualuit contra israel.
Constituitque militum numeros
in cunctis urbibus iuda que erant vallate
muris: presidiaque disposuit in terra iuda
et in ciuitatibus ephraim: quas cepat asa
pater eius. Et fuit dominus cum iosaphat: quia
ambulauit in uis dauid patris sui prae-
mis: et non sperauit in baalim sed in deo
patris sui: et prexit in preceptis illius: et
non iuxta peccata israel. Confirmauitque
dominus regnum in manu eius: et dedit omnia
iuda munera iosaphat: factaque sunt ei in
finite diuitie: et multa gloria. Cumque sum-
pisset cor eius audaciam propter uias domini
etiam excelsa: et lucos de iuda abstulit.
Tercio autem anno regni sui misit de prin-
cipibus suis benail et obdian et zachariam
et nathanael et miches ut docerent in ciui-

tanibus iuda: et cum eis leuitas semeia et
nathania et zabadiah alahel quoque et
semiramoth et ionathan adoniamque et
thobiam et robadoniam leuitas: et cum
eis elisama et ioza sacerdotes. Pocebatur
que populum in iuda: habentes librum le-
gis domini: et circuebant cunctas urbes iuda
atque erudiebant populum. Itaque factus
est pauor domini super omnia regna terra-
rum: que erant per gyrum iuda: nec au-
debant bellare contra iosaphat. Sed et
philistei: iosaphat munera deferrebant: et
uictigal argenti. Arabes quoque adduce-
bant pecora arietum septem milia septin-
gentos: et bircos totidem. Creuit ergo io-
saphat et magnificatus est usque in subli-
me: atque edificauit in iuda domos adin-
star turrim: urbesque muratas: et multa
opera parauit in urbibus iuda. Viri quo-
que bellatores et robusti erant in hierusalem
quorum iste numerus per domos atque sa-
milias singulorum. In iuda princeps ex-
ercitus ednas dux: et cum eo robustissimo-
rum uiri trecenta milia. Post hunc ioba-
nan princeps: et cum eo ducenta octogin-
ta milia. Post illum quoque amasias fili-
us zechri consecratus domino: et cum eo
ducenta milia uirorum fortium. Hunc se-
quebatur robustus ad prelia eliada et cum
eo tenentium arcum et clypeum ducenta
milia. Post istum etiam iozabad et cum
eo centum octoginta milia expeditorum
militum. Hi omnes erant ad manum re-
gis exceptis alijs quos posuerat in urbi-
bus muratis: et in uinifero iuda.

XVIII.

Hic ergo iosaphat diues et incli-
tus multum: et affinitate coniu-
ctus est achab: descenditque post
annos ad eum in samariam. Ad cuius
aduentum macrauit achab arietes et bo-
ues plurimos ipsi et populo qui uenerat
cum eo. Persuasitque illi: ut ascenderet
in Ramoth galaad. Dixitque Achab
re: israhel ad iosaphat regem iuda.

CC 2